

liari () ex alternatione quiescentium ו & א
vide Buxtor. thes. gramm. l. 1. c. 9. p. m. 79. Le-
gitur autem ea Psalm. VIII, 8. bestias וַיִּשְׁרֹא אֶגְרֵי
Psalm. L, 11. fera וַיִּשְׁרֹא מִעִם מִיָּדָי אֶת הַיָּדָא
וַיִּשְׁרֹא depasta est ipsam: & alibi passim.

אֲשֶׁר אֲשֶׁר quicquid in eo:) i. e. tum ter-
ra nascentia, fruges, gramina, herbae, arbores,
tum animalia inibi pasta, sive domestica, sive fe-
ra, &c.

וַיִּבֶן tunc:) benè Muir: particulam hanc no-
tare tempus futurum, & in longum prospicere,
dubiòque procul vidisse Christi tempora.

וַיִּבְנוּ cantabunt:) continuatur profopo-
pœia, superius inchoata, ita ut arboribus tribu-
atur cantus, quomodo hæ ipsa dicuntur latari
Jes. XIV, 8. XLIV, 23. complodere manum, Jer.
LV, 9. item animò deficere, in magnò videlicet
mœrore, Ezech. xxxi, 15.

EXPLICATIO VERSUS XIII.

וַיִּבְנוּ in conspectu Domini:) vel Domino
præsente, præsentiâ scilicet hac planè singulari,
diuque inde ab orbe condito, speratâ. Repe-
tendum hic ex versu præcedente: cantabunt in-
quam, vel soph pasuk sententiam non finivit.

וַיִּבְנוּ venit, venit inquam:) iterum per
epizeuxin hæc iteratur dictio, seu supra vers. 7.
& quidem majoris infallibilisq; certitudinis ex-
primendæ causâ. Bis repeti hoc, ob geminum
Christi adventum visibilem, censet Augustinus,
Hieronimus, aliique.

וַיִּבְנוּ ad judicandum terram:) ita ut pii
promissa reportent præmia, liberati ex tot ini-
quis persecutorum pressuris, impii verò debitis
afficiantur pœnis, postquam omnem adeò emen-
dationem protervè semper hæctenus repudia-
runt. Vel Judicare ponitur pro Gubernare, ita
ut respectus habeatur ad exoptatum illud Mes-
siæ regimen, temporibus N. T. reservatum; ubi
mera justitia & veritas, i. e. promissionum evange-
licarum perfecta adimpletio, deprehendetur,
passim, fidelesque Messiaæ affecla, eversâ dæmo-
num tyrannide, regnoque tenebrarum depul-
sò, hunc suum regem experientur Judicem justè
defendentem, liberantem, adversariosq; omnes
plectentem. Pertinent huc loci, ubi וַיִּבְנוּ po-
nitur pro gubernare, præesse, regere, ut Ps. VII, 9.
LXVII, 5. LXXII, 2. LXXV, 3. LXXXI, 1. LXXXII, 3.
Prov. xxix, 14. xxxi, 9. &c. Hinc Judices popu-
li Israëlitici dicuntur, qui magistratus obierunt
partes. Ita de gubernatione per prædicationem
evangelii defensionemque ecclesiæ Genebrardus,
Piscator, Stephanus, Belge, (citantes Psalm. XCVIII,
9. & Apoc. xix, 11.) Vinar. (ex Jes. XI, 3. 4. de e-
mendatione omnis per peccatum depravatio-
nis, & Joh. XVII, 17. de verbi veritatis atque vi-
tæ promulgatione.) Huc Psal. XLV, 7. 8. de sce-
ptrò æquitatis &c.

USUS PRACTICUS E VERSU I.

- (1) De officio laudum div. II. præc.
- (2) Oblatis beneficiis novis enascuntur nova can-
tica.
- (3) Quousque approbanda Novitas, docent Mora-
liste.

USUS E VERSU II.

- (1) Laus Dei non sit rara, sed creberrimè repetita;

A Psal. xxxiv, 2. LXXI, 14, quorsum nos vocat ana-
phora. Laus Dei sine fervore Spiritus, subinde ma-
gis magisque incalcescentis, (ut hic ex verbis colligi satis
potest,) Deo placebit parum: Rom. XII, 11. ζῶντες
τῷ πνεύματι.

(2) Si benedicendum semper divino nomini, quor-
sum maledictiones imprecantium, pejerantiumque?

(3) Salus Dei, præsertim per Salvatorem Jesum
parta, præconium meretur quotidianum; Luc. I, 68.
69. II, 30. 31. Jes. XLIX, 6. Matth. I, 21. Gal. III, 13.
ne quid dicamus de salute in necessitatibus temporalibus
innumerabili.

USUS E VERSU III.

(1) Gloriosa Dei opera non sufficit scire, opus et-
iam est, eadem enarrare, neque solum domi apud no-
stros, (Gen. XVIII, 19.) sed etiam pro data occasione
inter gentes.

(2) Huc etiam enarratio, quæ fit scriptis.

(3) Complementum hujus moniti deprehendimus in
Actis Apost. nec non hist. eccles. de vocatione gen-
tium.

(4) De miraculis Dei v. Pl. LXXVIII, 4. II. 32.
Pertinent huc miracula ipsius Messia, toto orbe decanta-
ta: Actor. X, 38.

USUS E VERSU IV.

(1) Magnus est Deus in carne manifestatus: I. Tim.
III, 1. Rom. IX, 5. 1. Joh. V, 20. Joh. I, 1. 14. Actor.
XX, 28. Confer etiam Pl. XCV, 3.

[2] Laudabilitas Dei omnes invitat creaturas ratio-
nates, angelos & homines, ut laudibus illis incessantes
sint intenti, v. II. præc.

(3) Venerandus est Deus filiis, metuendus pecca-
ti mancipiis. Quid verò metuemus mortales? Matth.
X, 28.

(4) Dii nominatenus tales longissimè distant à Deo ve-
rò atque unico: I. Cor. VIII, 5. Huc ergo soli adbarendum
constanter.

USUS E VERSU V.

[1] De idolis Gentium vid. I. præc.

(2) De idololatria Romanensium passim apud prote-
stantes.

(3) Cœli structura, unà cum sole, lunà atque stellis
reliquis, inexpugnabile omnipotentia div. argumentum,
Jerem. X, 10. 11.

C (4) Hæc ipsa cœli facies futuram quodammodo ad-
umbrat beatorum lucem, agilitatem, viresque inexplica-
biles: Dan. XII, 3. I. Cor. xv, 41. Phil. III, 21.

USUS E VERSU VI.

(1) Majestas Dei splendidissima, mortalibus nobis est in-
explicabilis: I. Cor. II, 9. I. Pet. I, 10. 2. Cor. XII, 4.
I. Tim. VI, 16. Jes. VI, 1.

(2) Conscii ejusdem suo modo sunt angeli animaque
beatorum, utpote qui sunt ante ipsius faciem.

(3) Robur colligitur ex operibus, quæ ipsa proponun-
tur in sanctuario quotidie.

[4] Ornatus Dei oculis carnis est incomprehensibi-
lis, mente tamen illuminatâ quadantenus percipitur a fi-
delibus, sacra frequentantibus. v. III. præc.

(5) Sanctuarium tamoperè colendum ostendit, Chri-
sti regnum non esse de hoc mundo: Joh. xviii, 36. alias
arium munitionumve fieret mentio, &c.

USUS E VERSU VII.

- (1) Omnes populorum familiae pertinent ad Dei
salutem,